

adnotat Hieronymus scribens in Matth. 5, v. 15. Locus autem Scriptura ad quem respicit, est Iudicium 9, v. 45, ubi Abimelech scribitur Sichimam destruxisse, ita ut sal in eis dispergeretur.

NEQUE IN STERQUILINUM, quòd tamen projecta res omnes aliae corrupte, utiles sunt. Nullius ultra utilitatis est sal insulsum, neque ad condimentum alia, neque ut vicem fini obtineat, qua terra redditur laxior. Neque in terram utilis est, inquit Beda, *cuius injecta illa germinare prohibetur; neque in sterquilinum agricultura profuturum, quid vivacibus licet gibus immixtum, non faretur semina frugum, sed extingue soleat.*

UTILE, appositum, est, imò et terram et sterquilinum vitali; plus enim significat Dominus quām dicit. Relique, inquit, res omnes, corrupta licet, valent tamen ad aliquid, aliquem de se usum praebent; sed sal magna quidem rei, at uni natum, si semel factum fuerit insipidum, nulli amplius hominum usui accommodum est, quinimum vitia omnia quibus injectum fuerit.

SED FORAS MITTETUR, foras projiciunt ipsum, ita est Graecè et Syriacè: ubi videri possit deesse coniunctio sed, que in Latinè, ita et in manuscripto Syriaco legitur: Sed foras projiciunt homines ipsum, quod est, foras n'rititur sive projector, projici consuet extra domum, in plateam seu viam publicam, ut conculetur ab hominibus, quod Matthæus addit. Sic qui, postquam factus fuerit discipulus meus, insulsum redditus redierit ad ea quia mea causa reliquerat, et sibi et aliis planè inutilis erit, adeoque nocivus et desperatus, ac proinde foras extra Ecclesiam meum projectus in gehennam tenellas extiores, vilius durisque tractabitur, quām si numer.

13. c. 5 Matth. NEQUE IN STERQUILINUM, ni saltē instar fini habeatur, quād utrumque vitiat et terram et finum, SED FORAS MITTETUR, id est, foras projici sollet in plateas, ut conculetur ab hominibus. Quia significat disciplinis Christi infatuatum, neque sibi, neque aliis esse utilum, sed utrisque nostrum, ideoque foras tandem in gehennam projectum. Et quia locutio erat allegorica, et res significata gravissima, à

## CAPUT XV.

1. Erant autem appropinquantes ei publicani et peccatores, ut audirent illum.

2. Et murmurabant Pharisei et scribe, dicentes: Quia hic peccatores recipit, et manducat cum illici.

3. Et ait illis parabolam istam, dicens:

4. Quis ex vobis homo qui habet centum oves; et si perdiderit unam ex illis, nonne dimittit nonaginta novem in desertu, et vadit ad illam que perierat, donec inveniat eam?

5. Et cùm invenierit eam, imponit in humeros suos, gaudens:

6. Et veniens domum, convocat amicos, et vicinos, dicens illis: Congratulamini mihi, quia inveni ovem meam que perierat.

7. Dico vobis, quid ita gaudium erit in celo super uno peccatore penitentiam agentem, quam super

quād sequelam mef professus foisset: «Sic, ait Beda, omnis qui post agnitionem veritatis retrò redit, neque ipse boni operis fructum ferre, neque alios excolore valet, sed foras mittendus, hoc est, ab Ecclesiæ est unitate secernendus, ut juxta præmissam parabolam, irridentes cum inimici dicant, quia chie homi copit edificare, et non potuit consummare: »Insinuator per terram, inquit Theophylactus, quid utilitatem capiat; per sterquilinum autem, quid prosit. Ideo rejectur et rejiciendus est, tanquam qui nec proxit, nec utilitatem percipiat. »Ceterum non de uno solo actu peccati hic loquitur Jesus, sed de studio ac quasi professione redeundu ad ea quæ seculi sunt; et neque hic quidem omnem penitentiam excludit, sed rarum esse significat ut hujusmodi penitentiam ineat, ac proinde fieri plerumque ut desperari abjectior ad Deo in gehennam; præsumit vero illi qui inter discipulos Jesu doctorem accepérant locum, quos maximè oportuerat sal esse aliorum sue fidei creditorum.

AUDIENDI, ad audiendum, scilicet ea quæ auditu digna ac necessaria sunt.

AUDIAT haec que hactenus dixi, expendat et intelligat; sunt enim observatu, ut dignissima, ita maximè necessaria, nec sine pressi consideratione possint intelligi, non tam propter obscuritatem, quād propter rem a vulgi capi et affectibus alienam, quæ dura et gravis plerique videbuntur. Audiat denique obediendo et faciendo quæ dixi, ait Beda. Quo gravis percellat omnium aures, tanquam si dicat, qui haec non audit; declarat se aures ad audiendum non habere. Hoc epiphonema tractatum est etiam superius.

CAPTU ET AFFECTIBUS VULGI ALIENA, MAXIMÈ NECESSARIA, OMNIA AURES ET MENTES PUNGIT HOC FAMILIARI SUO EPIPHONEMATE: QUI HABET AURES AUDIENDI, EST INTELLIGENDI, AUDIAT, ID EST, SI CUI IN SPERANTI CONCURRET INTELLIGERE, QUAE DICO. EST ENIM EXHORTATIO AD CONCURREM INTELLIGENDI, ET CONSEQUENTER ETIAM OBEDIENDI; NAM AUGUSTI, LIB. DE DONO PERSEVERANTIA, c. 14, AURES AUDIENDI IPSUM EST DOMINI OBEDIENDI.

## CHAPITRE XV.

1. Or, comme les publicains et les pécheurs s'approchaient de Jésus pour l'écouter,

2. Les Pharisiens et les scribes en murmuraient, et disaient: Voyer comme cet homme accueille les pécheurs, et mange avec eux.

3. Sur quoi Jésus leur proposa cette parabole :

4. Qui est celui d'entre vous qui, ayant cent brebis, et en ayant perdu une, ne laisse les quatre-vingt-neuf autres dans le désert, pour s'en aller après celle qui s'est perdue, jusqu'à ce qu'il la trouve?

5. Et lorsqu'il l'a trouvée, il la met sur ses épaules avec joie;

6. Et étant retourné en sa maison, il appelle ses amis et ses voisins, et leur dit: Réjouissez-vous avec moi, parce que j'ai retrouvé ma brebis qui était perdue.

7. Je vous dis de même qu'il y aura plus de joie dans le ciel pour un seul pécheur qui fait pénitence,

nonaginta novem justis, qui non indigent penitentia.

8. Aut que mulier habens drachmas decem, si perdiderit drachmam unam, nonne accedit lucernam, et everit domum, et quererit diligenter donec inveniat?

9. Et cum invenierit, convocat amicas et vicinas, dieens: Congratulamini mihi, quia inveni drachmam quam perdidera.

10. Ita dico vobis, gaudium erit coram angelis Dei, super uno peccatore penitentiam agentem.

11. Aut autem: Homo quidam habuit duos filios;

12. Et dixit adolescentior ex illi patri: Pater, da mihi portionem substantiam, quæ me contingit. Et divisi illis substantiam.

13. Et non post multos dies, congregatis omnibus adolescentibus filius peregrinus protector est in regionem longinquam, et ibi dissipavit substantiam suam vivendo luxurioso.

14. Et postquam omnia consummasset, facta est famæ valida in regione illa, et ipse cepit egere.

15. Et abiit, et adhæsit uni civium regionis illius. Et misit illum in villam suam, ut pasceret porticos.

16. Et cupiebat implere ventrem suum de silquis, quas porci manducabant: et nemo illi dabit.

17. In se autem reversus, dixit: Quantu mercenarii in domo patris mei abundant panibus: ego autem hic fame pereo!

18. Surgam, et ibo ad patrem meum, et dicam ei: Pater, peccavi in celum et coram te;

19. Jam non sum dignus vocari filius tuus: lac me sicut unum de merceariis tuis.

20. Et surgens venit ad patrem suum. Cum autem adhuc longè esset, vidit illum patre ipsius, et misericordia motus est, et accurrens occidit super collum ejus, et osculatus est eum.

21. Dixit ei filius: Pater, peccavi in celum et coram te, jam non sum dignus vocari filius tuus.

22. Dicit autem pater ad servos suos: Cito proferite stola primam, et induite illum; et date annulum in manum ejus, et calceamenta in pedes ejus.

23. Et addebet vitulum saginatum et occidite; et manducem, et epulemur:

24. Quia hic filius meus mortuus erat, et revixit: perierat, et inventus est. Et conserper epulari.

25. Erat autem filius ejus senior in agro; et cum veniret, et appropinquaret domui, audivit symphonia et chorum;

26. Et vocavit unum de servis, et interrogavit quid haec esset.

27. Isque dixit illi: Frater tuus venit, et occidit pater tuus vitulum saginatum, quia salvum illum recipit.

28. Indignatus est autem, et noblet intiore. Pater ergo illius egressus, cepit rogare illum.

29. At ille respondens, dixit patri suo: Ecce tot

que pour quatre-vingt-dix-neuf justes qui n'ont pas besoin de pénitence.

30. Ou qui est la femme qui, ayant dix drachmes, et en ayant perdu une, n'allume la lampe, et balayant sa maison, ne la cherche avec grand soin, jusqu'à ce qu'elle la trouve?

31. Et après l'avoir trouvée, elle appelle ses amies et ses voisines, et leur dit: Réjouissez-vous avec moi, parce que j'ai retrouvé la drachme que j'avais perdue.

32. Je vous dis de même : Il y aura une grande joie parmi les anges de Dieu, lorsqu'un seul pécheur fera pénitence.

33. Il leur dit encore : Un homme avait deux fils.

34. Dont le plus jeune dit à son père : Mon père, donnez-moi la part du bien qui doit me revenir. Et le père leur fit le partage de son bien.

35. Pen de jours après, le plus jeune de ces deux enfants, ayant amassé tout ce qu'il avait, s'en alla voyager dans un pays fort éloigné, où il dissipa tout son bien en débauches.

36. Après qu'il eut tout dépensé, il arriva une grande famine en ce pays-là; et il commença à tomber dans l'indigence.

37. Alors il s'en alla, et se mit au service d'un des habitants du pays, qui l'envoya à sa maison des champs pour y garder les porceaux.

38. Et il est aussi venu remplir son ventre des osseux que les porceaux mangeaient; mais personne ne lui en donnait.

39. Enfin étant rentré en lui-même, il dit: Combién y a-t-il de serviteurs à gages dans la maison de mon père, qui ont du pain en abondance; et moi, je meurs ici de faim !

40. Il faut que de ce pas je m'en aille trouver mon père, et que je lui dise : Mon père, j'ai péché contre le ciel et contre vous,

41. Et je ne suis plus digne d'être appelé votre fils; tratez-moi comme l'un des serviteurs qui sont à vos gages.

42. Il part donc, et s'en vient trouver son père. Lorsqu'il était encore bien loin, son père l'aperçut, et en fut touché de compassion, et, courant à lui, il se jeta sur son cou, et le bâsia.

43. Et son fils lui dit : Mon père, j'ai péché contre le ciel et contre vous; je ne suis plus digne d'être appelé votre fils.

44. Alors le père dit à ses serviteurs : Apportez promptement la plus belle robe, et l'en revêtez; et mettez-lui un anneau au doigt et des souliers à ses pieds.

45. Amenet un veau gras, et le tuez; faisons boire chère, et réjouissons-nous;

46. Parce que mon fils que voici était mort, et il est ressuscité; il était perdu, et il est retrouvé. Ils commenceront donc à faire grande chère.

47. Cependant son fils ainé, qui était aux champs, revint; et lorsqu'il fut proche de la maison, il entendit la musique et la danse.

48. Il appela donc un des serviteurs, et lui demanda ce que c'était.

49. Le serviteur lui répondit : C'est que votre frère est renoué: et votre père a eu un veau gras, parce qu'il l'a recouvert en bonne santé.

50. Ce qu'il ayant fâché, il ne voulut point entrer; mais son père étant sorti pour l'en prier,

51. Celui-ci prit la parole, et lui-dit: Voilà déjà

annis servio tibi; et nunquam mandatum tuum præteriuit, et nunquam dedisti mihi haecum, ut cum amicis meis epularer :

50. Sed postquam filius tuus hic, qui deoravat substantiam suam cum meretricibus, venit, occidisti illi vitulum saginatum.

51. At ipse dixit illi : Fili, tu semper mecum es, et omnia mea tua sunt.

52. Epulari autem et gaudere oportebat, quia fratertus hic mortuus erat, et revixit : perierat, et in ventus est.

## COMMENTARIA.

VERS. 4. — ERANT APPROPINQUANTES, appropinquabant quodam tempore, vel solebant appropinquare, familariter accedere, quando res ferret.

Et Iesu; frett perspecta ejus humanitate, quā nōn nōn fastidire.

PUBLICANI. Precedit Graecē omnes, quod est, multi, vel quis sine discrimine; quod tamen Syriae non magis legitur quām Latine.

ET ALII PECCATORES, infames reputati; de quo jam dū eginus.

UT AUDIRENT ILLUM, prædicantem : Pœnitentiam agite : appropinquarent enim regnum celorum. Non accederunt ad Jesum, ut factorem scelerum ac peccatorum suorum, sed ut agroti ad medicum, ut sanarentur. Affecti enim promissione regni celorum, provocabant ad pœnitentiam quam Jesus requirebat, agnoscentes cā sibi opus esse, quippe peccatoribus.

VERS. 2. — MURMURABANT, clam Jesu apud populum sequacim id reprehendebant, quod laudare oportebat, et gratulari peccatoribus pœnitentiam.

PHARISEI, qui nusquam aberant, sed omnia Jesu curiose observabant, si quid rapere in calumniam possent.

Quia, superest quod ad sensum.

Hie, qui propheta videri, et haberi vir sanctus ult.

PECCATORES, homines peccatis infames, quales inter alios erant publicani, perjurii, rapinis, pauperumque oppressionibus infames; manifesti malique exempli et quasi incorrigibiles peccatores. Publicanum ad exemplum summae nequitiae ubique ponit.

RECIPI, ad colloquium.

MANDUCAT CUM ILLIS. Verisimile est, postquam Jesus conscientias fuisset, prandium caro ab his sacerdoti oblatum huius, ut quibus placuerit concio. Volunt autem dicere id non licere per legem, nec Jesum id factum.

VERS. 4. — ERANT AUTEM APPROPINQUANTES ILLI, sponit scilicet ad ipsum venientib; PUBLICANI, Graeci omnes, id est, quis sine discrimine, ET PECCATORES, publici peccatis infames, tanquam agroti ad medicum, affecti videbiles promissione regni celorum et spe sanitatis, UT AUDIRENT ILLUM, ad concepiendum pœnitentiam.

VERS. 2. — ET MURMURABANT PHARISEI, etc., quia hic peccatores recipit, ad colloquium et familiaritatem, inō, quod indignus, MANDUCAT CUM ILLIS, passim scilicet occasione dā. Significatum volunt, si vir sanctus esset, malorum consuetudinem ei vitandum fuisse, quod cum non faciat eis esse similem, quorum

tant d'années que je vous sers, et je ne vous ai jamais désobéi en rien de ce que vous m'avez commandé; cependant vous ne m'avez jamais donné un chevreau pour me divertir avec mes amis.

50. Mais aussitôt que votre autre fils, qui a mangé son bien avec des femmes perdues, est revenu, vous avez tué pour lui un veau gras.

51. Le père lui dit : Mon fils, vous êtes toujours avec moi, et tout ce que j'ai est à vous.

52. Mais il fallait bien faire un festin, et nous réjouir, parce que votre frère que voici était mort, et il est ressuscité; il était perdu, et il est retrouvé.

UNAM, vel unam solam.

NONNE, etc., unius damno tantoper commovetur, ut (dimittit) relinquat ceteras omnes, alterius custodes commissas in DESERTO, ubi pasci graminibus consuetur. ET VADIT AD. Abit sollicitus quesumus. IN LAM QUE PERIERAT seu periit. Grecē, perditam.

DONEC, non cessans a querendo, non conquiescens, donec inveniat.

VERS. 5. — IMPONIT, scilicet nomine : Nomen imponit, id enim moris est, nam cum tardigra sit ovi-cula, coloris gestatur per viam quām agitur. Gregorius Nyssenus, in Catena : Cum autem pastor invenias ovem, inquit, non puniet, non duxit ad gregem ur-gendo, sed superponens humero et portans, clementer annumeravit.

GADENS, amplius de eā, quām de nonaginta novem, quibus nullum immunerat periculum. Gaudebit, in-quam, aut, id est, singulari quodam et praesenti gau-dio. Non est sententia, magis diligi aut plurimi fieri unam ovem inventam quām multas nunquam perditas, sed singulari quodam et praesenti letitia dominum affici propter hanc ovem, quā non afficiatur propter reliquias; tum quād singularis ratio cogitandi ac habendi de hā occurrit, inventio, inquam, perdita, que non occurrit de aliis (unde et solent homines de novis ac felicibus fortunis magis cogitare ac latari quād de verberis etiam majoris momenti), tum quād gaudentia animi de hā ove inventa, propter oppositum animi tristitiam de cādem mox perdita, magis sentiatur quād illud quād animo inheret de ceteris simil omnibus, quod utique habuit majus est.

VERS. 6. — VENIENS, cūm venerit.

CONVOCAT, nonne convocat amicos. Magnum gaudi-um intus contineri sic nequit, ut cum amicis non communiceat.

CONGRATULAMINI, congratulemini mīhi, gaudete mecum.

QUE PERIERAT. Perditam? Non jactat nonaginta novem sibi salvas, de unā recepta gloriatur, eaque

trō ad se venientes errantes oves suscepit, et huma-niter tradat. Idem iudicium de parabolā drachmā.

Quāmis ergo ille sit utriusque scopus, et ex eo

utramque facere licet intelligere, sīc scrupulosi in-quisitione, quid per singulas caruas partes significatur; quia tamen omnes vertes tam Latinū, quām Graeci per caruas singulas aliquid significantem esse voluerint, et ipse delectus exemplorum atque accusata descriptio hoc videtur posulare, merito quoque de hoc satagendum est. Homo igitur illi Christus, ve-rum pastorem, designat : CENTUM ovis plerique anti-qui, ut Cyril, in Catena, Gregor, in hoc Evang., Thophil. et alii intelligent totam natum rationalem ex hominibus et angelis constantem, et ita NONAGINTA NOVEM IN DESERTO relicias, esse angelos in col-lis, UNAM VERÒ PERDITAM sive errantem humānum genus. Sed quid ovis perdita cum relicias reliquias ejusdem grēgii ante fuit, angelii vero velut aliud armen-tum sub edem pastore constitutum, hinc insinuat August., lib. 2 Quæst. evang., q. 52, et ut videtur, aptius ad propositionem, gregem centum ovium esse humānum genus; quānis quid nonaginta novem in desierto patet esse Pharisæos, soliditatem in animo, id est, superbiam gerentes quid soli justi videri vel-lerint, proposito minus quadret, quia certum est, illas

una videtur sibi occupari, quām ceteris omnibus. Porro interrogat haec tenus pendens, aequalet affi-matione, q. d.: Ita omnino est, ita se res habet in hu-manis, vel vobis ipsi testibus.

VERS. 7.—DICO VOBIS. Accommodat extremum similitudinis proposito, reliqua intelligenda relinquens.

Ita, etc., similliter. Quemadmodum homo illi laeta-tum cum amicis et viciniis suis, ob unam ovem quam recuperavit, magis quām de reliquo nonaginta novem oves suas, quae nunquam sunt pericitatae; sic gaudium erit, pro, est, se esse solet, gaudetur.

In COELO, inter eos qui coelos habitant, inter angelos; quos nominat, infra, v. 40; nam illi soli, cūm Christus habeat discretos, celos incolabant. Deus ipsum non nominat, quia is immutabilis est, nec ob recente quod accidat, et attente ab ipso consideretur, bonum, nova ipsi oritur animi affectio, quemadmodum angelis, quibus accidentarium gaudium intendi, remitti, adeoque desinere potest.

SUPER, de uno, solo PECCATORE, qui peccando, à Deo ejusque lege recesserat, ac proinde perierat, aeternā morte dignus.

PONENTIAM AGENTE, si ponentiam agat, si ad Deum convertatur, si peccata detestatus vitam ineat secundum prescriptum divinae legis. Non imputant illi pristinos errores, quos semel condonarūt Deus, sed applaudunt ad novā vitā studium reūrent. Subiunct autem, ponentiam hominum in terrā, notam esse beatis in coelo; nec enim gaudere quis potest de re incognita. Sed quare coelates gaudent de peccatore converso? an quia ipsi erga homines benigni sunt, quod ait Euthymius? an qua peccator qui fuerat, ipsis similis redditur, justus ac sanctus? vel quia numerus ipsorum reparatur? aut quia diutianus Dei gloria ac regnum? Hac omnia vera sunt, sed quia hūi polisimū spectat ratio, est, quia sciunt, peccatoris conversionem rem esse Deo grauissimam, qui omnes homines tenerē diligat, tanquam oves pas-cuae suae, nec quemquam eorum perire velit. Id os-

nonaginta novem oves fuisse salvas. Itaque ovis per-desta est singularis quisque peccator, per fidem autem dissonantiam aberrans a societate bonorum. Hunc docet Christus non esse negligendum, quasi iactura esset parvi pretii, sed reliquorum curā ad tempus postposita esse sollicitē reducendum.

VERS. 5.—TALEM Itaque cum Christus INVENI-ERIT, IMPONIT IN HOMEROS, id est, per summam humanitatem, supportat infirmitatē eius, donec paulatim robus-accipiat, ad subeundos labores ponitentia, de quā Christi humanitatis vide Isaiam, c. 4, v. 11: In brachio suo congregabit agnos, etc. Facit etiam hoc GAUDIENS, præ humanitatis magnitudine quasi sibi adhuc magnum obtigeret beneficium. Quod exemplar humanissime pietatis tanti fecerunt veteres, ut hanc imaginem pastoris, ovem in humeris reportantis, sa-cris calicibus inscipientem, teste Tertull., de Pudicitia, c. 7 et 10. Quae vero v. 6, pastor pecororum ad amicos et vicinos narratur dicere, exponit ipse Christus, ap-plicas passim ad propositionem, ex aliqua parte remittendo reliqua.

VERS. 7.—DICO VOBIS, serio et graviter, licet rem vos ibi inognitam et vestro iudicio paradoxam, quo-ira, ad similitudinem scilicet pastoris gaudient, et amicos ad congratulandum invitantis, GAUDIUM ERIT

tendit, inquit Euthymius, *Deum solum sitire cuiusvis peccatoris penitentiam.* Cum itaque intelligent reverti ad Deum, hominem qui fuerat aversus, letantur et exsultant, quia Dei desiderio et erga homines amori satisfiat, Dei, inquam, quem unum amant, et quibus id solum gratum est, quod illi. Nec qualcumque gaudium de peccatoris conversione collitibus est, sed

*Quam super, majus quam de NONAGINTA NOVEM, id est, multis, numerus certus pro incerto, respectu ad parabolam habito.*

*JUSTUS,* qui permanerinti justi et Deo grati.

*QUI NON INDIGENT PENITENTIA,* seu conversione ad Deum, quia à Deo ejusque lege non recesserunt. Non est justus, qui non quicquid confiteri peccata sua debat, et orare: *Dimitte nobis debita nostra: verum loquitor hic Servator, de penitentia inenundabili ob hujusmodi peccata quae à Deo separantur; justi à peccatis immunes non sunt, verum hujusmodi que Dei gratiam non excludant. Porro quid dicunt, majus in celo esse gaudium de uno solo peccatore penitente quam de multis justis perseverantibus, intelligi gaudium novum ac presens, quod nova ac singulari ratio gaudendi occurrat de illo, que non occurrit de his. Quae tamen ratio, non praefuit illum his, sed quemadmodum patrem contingat amplius latari, de unius ex filiis suis convalescentia, aut ex periculo evasione, quam de constanti reliquo salute, tametsi hos quam illum magis diligit. Jam sententia et mens Salvatoris est: *Sicut tantum est in celo gaudium, de penitentiis unius peccatoris;* ergo Deo gratissima est penitentia peccatoris: cœlitibus enim nihil placet, nisi quod Deo gratum sit. Si Deo grata est penitentia unius peccatoris, quanto magis plurorum; adeoque omnium? Si omnium peccatorum penitentia sive conversio Deo grata est, ergo rectè facio ego, qui hic in terra, modis omnibus labore, ut peccatores ad penitentiam et salutem adduciam; nec proinde locus est obnubilatio vestris, iniquis illis, et adversariis Deo omnibusque cotulitis. Certe Deus, licet infinitum hominum abs se conditorum numerum possideat, ne unum tamet illorum vult, sed ad unum omnes salvos fieri. 1 Tim. 2, v. 4. Quod si ergo quis corum, deserto Deo, perditionis periculo se exposuerit, prout sanè muli; non est commitendum, ut eorum qui se meliores existimant, vel negligantia*

in celo, tum ipsi pastori Christo ut homini, tum angelis, et animabus justis, tanquam vicinis in celo commorantibus. Hac enim omnia comprehendit illud, erit, tametsi tunc neque Christus ut homo, neque animas in celo essent; tanquam illud, erit, etiam pro, est vel esse soleat, exponi posset: *SUPER UNO PECCATORE PENITENTIAM AGENTE,* et ita scilicet reverente ad pastorem ei gregem, quam super, subandi, majus quam, NONAGINTA NOVEM JUSTIS, id est, super multis; numerus enim certus pro incerto ponitur; sed habeatur respectus ad parabolam, ubi expressus era illius numerus: *qui non indigent penitentiam,* qua revertantur ad Deum ab errore quo carent. Ex quibus dubius, particulis, uno peccatore, et nonaginta novem iustis, patet quam recte supradixerimus, omen errantem

perirent, vel superbia ac desperatione à pietate omnino alienarentur; sed rem Deo cœlitibusque jucundissimam facient, qui instar ovum perditarum quiescitos, ad Deum conantur reducere; ut certè multo majus studium meretur hac res, quam vilis oviæ recuperatio: quod præcipuum munus obit Filius hominis, qui venit *quarere et salvare quod perierat,* infra 19, v. 10, Matth. 18, v. 11.

*QUE MULIER,* è vulgo.

*DRACHMIS.* Genius nummi argentei est drachma, cusum pondere drachma, ejus valoris cujus est regalis Hispanicus simplex, quod jam sepè diximus.

*DECIM.* Mulierum est pecuniam minutam servare ac dispenses.

*UNAM, vel unam solam.*

*LUCERNAM,* quā seruerit omnes angulos domus.

*EVERIT,* adhibitus scopis movet sordes totius domus, necubi inter sordes lateat. *Et everit dominum.* Ita rectè emendârunt Romani correctores, pro *everit,* quod plerique omnes libri habent; *everit,* quod est veritatis sive scopat, ut sit Epanorthos noster manuscriptus. Omnes enim haec tenent adnotârunt ita esse legendum, quia sic clarè et Græca et Syra habeant: sed ferè defuerunt libri. Henc invenit unum, qui scribit *verit:* nos in Regio textu, ex Complutensi expresso, et in Missali Romano Pii V Jussu edito, dominice tertia post Pentecosten, quemadmodum iam in Sexti Biblio, legimus *everit.* Legeras indicat ita apud Chrysologum legi. D. Gregorius, homil. 54 in Evangelia, eti spousat *everit,* quod est, perturbat, notat tamen in aliis codicibus scribi, *emundat,* quod modo certè habet Ambrosius initio epistole prime, et *mundata domum suam.* Fuit hæc altera versio, quam si interpres secutus fuisset, aut certe vertisset, et *scopis mundata domum,* ut supra, cap. 11, v. 25, non fuisse relicta depravationi locu.

*DILIGENTER,* accuratè, nec facit querendi finem donec inventiat.

*Vers. 9. — CUM INVENERIT,* scilicet gaudet de ea inventa, magis quam de reliquis noven servatis.

*CONVOCAT.* Non temperat sibi præ gaudio, quin rem significat amicos suis omnibus.

*QUAM PERDIDERAM?* Ille finit interrogatio, aequipollens affirmationi, quod ita fieri solet inter homines; estque hæc similitudo eadem cum præcedente, certè eodem fine et scopo allata; in quā drachmæ compa-

esse unumquemque peccatorum, et nonaginta novem in deserto esse non superbos, sed honorum societatem.

*Vers. 8. — AUT OLE MULIER HABENS DRACHMA DECIM.* Idem et hic scopus est: ubi similiter mulier typum gerit Christi, seu sapientia incarnata: *drachma,* id est, nummus argenteus vel aureus, pondere unius drachmæ cœsus, significat hominem, cuius menti Imago Dei impressa est, sicut nummus imago regis. Miratur autem latè que tractat August., lib. 8. Conies., unde fiat quod majus sit gaudium de uno penitente quam de multis justis, cum magis homini videatur postulare magis gaudium; et alatis pluribus exemplis, illum esse modum omnium rerum, ut magis gaudium majorē molestia ut periculo præcedatur. Quo significat hoc per accidens fieri ratione periculi

ratur homo, quod, ut drachmæ imago regis, ita menti hominis Dei imago impressa sit.

*VERS. 10. — ERIT;* Græcè, *est, fit.*

*CORAM,* supercessi Latina phras.

*ANGELIS DEI* in celo SUPER uno, majus etiam quam super novem justis; id quod tameo non addit, quia jam dixerat, *quam super nonaginta novem.*

*Reliqua pete ex verso 7 precedente.*

*VERS. 11. — AIT AUTEM SYRUS:* *Et dicebat eis rursum Jesus.* Addidit tertiam parabolam seu similitudinem, eodem pertinente, sed longè ampliore pluraque significantem; describentem, inquam, latè et vitam penitentis peccatoris, et penitentiam illius, et faciem Dei condonationem, obnubilationem deinde justorum aut qui justi sibi viderentur.

*Homo quidam,* dives; videat res gesta narrari, sed non est nisi ficta historia, quā allegoricè seu significative describit Jesus, quod vult intelligi, sicut alias sapienti.

*Duos filios,* talis ingenii, quale mox describitur. Intelligit Jesus seipsum, unum cum Patre et Spiritu sancto Deum, qui justificet et adoptet in filios, varie indolis homines, quosdam in justitia perseverantes, quosdam inconstantes, et à justitia desidentes. *Est enim,* inquit Euthymius, *et justorum pater et peccatorum, utpote per (circumcisio)nam aut lacravi regenerationem ab ipso adoptatorum;* *de fidibus enim sermo est.* Peccatores intelliguntur publicani, meretrices, alii peccatis publicè infames. Justorum autem generem comprehenduntur tam illi qui sua aliorumque hominum opinione, quām qui reverè sunt justi.

*Vers. 12. — ADOLESCENTIOR, junior, ut solent juvenes minus sapere, menteque inconstanter esse, et minus serentes alienum imperium, aspirare ad libertatem.*

*DA MIHI liberum usum portionis seu partis substantie, facultatum, bonorum. Vocem substantie omittit Syrus.*

*QUE ME CONTINGIT,* partem que ad me pertinet, que mihi debetur ut filio, quan datus mihi essem si uxorem dicerem, aut relicuris si morereris. *Syrus, que venit mihi ex domo tuā.* Quasi dictat: Jam ad justam ætatem perveni, et eam prudentiam quia me ipse et bona mea regere queam, nec opus sit diutius

seu mali conjuncti, quo animus magis extimulatur in affectum novum, quia ab assueto non fit passio.

*Vers. 11. — AIT AUTEM.* Hæc tercia parabolæ idem spectat, quod præcedentes, sed cum aliquâ differentiâ; quod illæ significant quidem, quantâ curâ Deus requirat reversionem peccatoris, hæc verò quantâ benignitas et letitia suscipiat revertentem; ita ut quasi appendix præcedentem, et explicativa illius latitudine quam dixerat esse in inventione perditæ peccatoris, ut sic amplius confunderet Phariseos, qui murmurabant, quod cum peccatoribus versaretur. Homo quidam habuit duos filios, quod homo hic significat Deum Patrem, vel simpliciter Deum vel, quæ ferè in idem redeunt, Christum Dominum, non est dubium: de duobus filiis est auctorum dissensio. Ang., lib. 2. Quest. evang., q. 53, sentit per seniorum significari populum Iudaicum, per juniores gentes. Ita et Cyri, hic in Catena, et alii. Ambros. vero, lib. 2 de

de tua gubernatione pendere. Assigna ergo meo liber usu partem honorum tuorum, qualem statuisti mihi emancipato addicere, ut liberè eà utens, valeam negotiari, eamque negotiando augere.

*Er.* Quia non iniquam rem filius petere videbatur. Nam etsi nullâ lege vel consuetudine, pater dum vivit filius suis bona sua partiri cogatur, non vetatur tamen id facere, si velit; postulat autem res significata, ut id hic factum dicatur.

*Divisit* pater, partitus est, distribuit, liberè uterum dedit *ILLIS* filiis suis *SUBSTANTIAM,* unicuique partem substantie, quæ cum contingenter. Alia est hæc vox Græcæ ac mox: illæ *elōia,* hic *βιος:* sed quia ultra quidem significat, utramque substantiam veritatem interpres. Nam *βιος* tum vitam significat, tum id quo vitam sustinemus, victimum, pecunias, facultates. Syrus hæc dicit, *possessionem suam.* Quanquam senior non petierit partem suam: definies tamen pater, quantum judicaret dandum juniori, eo ipso definitur, tandem deberi seniori, atque etiam ipsi in manus oblitus; sed discrimen fuit quid junior partem suam à bonis paternis separaverit, senior maluerit conjunctam cum patris substantia partem suam possidere, et inseparabilem cum patre vitam agere. Hoc versiculo significatur, quid Deus, hominem à creatum et justificatum, variisque tum animi tum corporis, tum nature tum gratiae, donis ornatum, relinquit in manu consili sui, ut loquitor Ecclesiasticus, cap. 15, v. 14; esse autem quosdam qui idoneos se reputent, ut his bonis bene per se utantur, nec opus habeant, ut ulterius de Dei auxilio et continuâ curâ gubernationeque dependant. D. Augustinus, lib. 2 quest. Evang., cap. 55: *Viare, intelligere, meminisse, ingeni alaci excellere, omnia ista divina sunt munera, que in potestatem accipit homo per liberum arbitrium,* etc. Sic et Hieronymus, epistola 146 ad Damasum: *Substantia Dei est omne quod vivimus, sapiimus, cogitamus, in verba prouimus;* hec Deus aquiliter universi et in commune largitus est, etc.; et paulo post: *Dedit eis liberum arbitrium, dedit mentis propriæ libertatem,* etc. Titus: *Tradidit illi pater universam creaturam in possessionem.* Denique Euthymius: *Substantia sive divitiae Dei, sunt charismata, id est, dona quæ dividit fidibus.*

*PENITENTIA,* c. 5; Pacianus, epist. 4; idem August., tract. de Tempore barbarico, c. 7, et alii intelligent justos et peccatores, et quidem multo aptius et ad litteram: quandoquidem hoc spectaret maximè ad scopum Christi, cum Pharisæis disputans. Hoc et Hieron. amplectitur, epist. 146 ad Damasum, sed hæc ratione, in sensu mystico citanti de Iudeis et gentibus intelligi posse doceat; quod nobis verissimum videtur. Itaque *Homo quidam habuit duos filios,* ambos sibi dilectos et morigeros.

*Vers. 12. — ET DIXIT ADOLESCENTIOR EX ILLIS,* ut solent etiam minus sapere, esse inconstanter, avilque libertatis. Nam, ut Ambr., lib. de Interpellat., c. 7, habet pueritiam innocentiam, senectus prudentiam, juveniles veretur in delinquendi; adolescentia sola est invalida viribus, infirma consilii, vito calens, fatidiosa monitoribus, illecebrosa delicia. *PATER,* da mihi portionem substantie, hoc es, bonorum, que me

VERS. 15. — ET NON POST MULTOS DIES. Paucis autem post diebus; fervet enim juventus in perficiendis animi conceptibus.

CONGREGATIS et consarcinatis OMNIBUS, quae à patre accepterat, agris nimirum et adib⁹ in praesentia pecuniam redactis. Syrus, collegit quicunque ad se perseverant.

ADOLESCENTIOR; senior enim apud patrem remansit, tanquam prudens, ait Euthymius.

LONGINQUAM, longè sitam à domo paterna, nempe, ut quod longius abasset à patre, cō liberius viveret, et ageret quae visum esset.

DISSIPAVIT, dilapidavit, prodegit.

SUBSTANTIAM SUAM, facultates à patre acceptas.

LUXURIOSE, prodigaliter, intemperanter, libidinosè, lascivè, exponit Euthymius, agendo cum meretricibus, ut explicatur infra, v. 50, in omni luxu, vestitu, conviviorum et ceterorum, quae meretricios amores comitari solent. Certe ad hunc modum juvenes agere solent, cum proprio ingenio feruntur. Nam quia, et consiliis inopes, et ferventes intemperie, ad se regendos minimè sunt idonei: ubi metus et pudor eos non cohibet, projiciunt se quicunque tuerit libido, plenice decedentes ad turpem egestatem festinant. Hacientis allegoria; sequitur explicatio. Quidam eorum quos in filios suis adoptaverat Deus, relieti libertati sue, moribus et vita quā longissime à Deo se separant, et abusū donis ac bonis à Deo acceptis, decoupiunt ea, et quævis alia posuit quām ad Dei cultum aut honorem expedientes. Qualiscumque peccatoris vita per luxuriam significatur, quia omnis rerum terrenorum amor et usus immoderatus, forniciatio quādam est, juxta modum loquendi Scripturæ, Psal. 72, v. 27: Omnes qui elongant abs te, peribunt: perdidisti omnes qui fornicantur abs te. Ubi et hoc observandum, elongari à Deo dici eos qui peccant, nimis in non loci segregatio, sed virtus, quod hic ad Lucanum nota Euthymius. Cui sententia suffragat Hieronymus, epistolā 146, dum ait: Scindam, non locorum spatiis, sed affectu, aut nos esse cum Deo, aut ab eo discedere. Quin etiam D. Augustinus, lib. 2 Quest. evang., cap. 55, ubi scribit: Regio longinqua oblitio est Dei. Quando autem egreditur homo à Deo, inquit Theophylactus, et se à timore Dei elongat, omnia divina dona expendit, depravat consumit. Et de-

CONTINGIT, iure filiationis in emancipatione dari soliū; voletab enim per emancipationem sui iuris fieri, siue quo administrare arbitratu. Et DIVISIT ILLIS SUBSTANTIAM, seu bona sua, unicue in potestate partim tradidit. Quo similitudine, Dum unicuique homini distributio dona sua, tamen natura quām gratia, quae per liberum arbitrium accepterit in sua potestate, ut Augustinus, et Hieron., locis citatis.

VERS. 15. — ET NON POST MULTOS DIES, CONGREGATIS OMNIBUS, id est, corrigatis omnibus bonis, quae accepterat, etib⁹ scilicet atque agris in pecuniam redactis, tanquam festinans sua fruilibetate, ADOLESCENTIOR FILIUS, quia senior tanquam prudenter apud patrem remanserat, PROPECTUS EST IN REGIONE LONGINQUAM, ut ex oculis patris atque amicorum liberis vivere; et IBI DISSIPAVIT SUBSTANTIAM SUAM VIVENDO LUXURIOSE, scilicet cum meretricibus, ut exponit infra frater se-

corpis quidem donis ac bonis, sep̄ etiam hominum oculis id manifestum est, quemadmodum in parabolā, que hic simul servit exempli loco; ex anima autem bonis, donum intelligentie scientieque bene vivendi, peccandi consuetudine obscuratur, adeoque obrutur, habitus virtutum communiantur cum pravis habiti⁹ vitiorum, fides mortua redditur, spes veritatis in presumptionem, profligantur charitas ceteraque gratiae facientes, gratia gratis date efficiuntur, inutilis, nature dotes vitiantur, omnis denique à Deo accepta bona, creature servire coguntur, quibus Dei honor propagandus erat. Ambrosius scribens in hume locum: Consumpsit, inquit, omnis natura ornamenta. D. Augustinus loco mox citato addit, male utendo naturalibus bonis. Titus: Insupsum substaniam, hoc est, insistam animi lucem, temperantiam, veritatis notitiam, Dei memoriam, etc. Postremo Euthymius: Corrupti donum quod à baptismo accepterat, putauit nobilitatem, et ad virtutes aptitudinem. Hoc enim et similia erant ejus substantia ad diuītias.

VERS. 14. — OMNIA, ita ut nihil superesset.

CONSUMPSSET, consumpsisset, dissipasset.

VALIDA, fortis, magna; patr̄a ἀπόστολος, inquit Hieronymus.

Illa, in quā ipse peregrinabatur.

Et ISTE, ita ut ipse coperit EGGERE, defici, scilicet pecunia, victu. Additur pena que justo Dei iudicio ut plurimum prodigos decotiores manet, nempe, ut male consumptis opibus, prolixè esuriant; et quia optimi panis abundantia frugaliter uti nescierunt, ad glandes et siliques rediguntur; denique ut porcūnū sodales faci, indignos se sentiant humano vietu. Nam et haec porcina ingluies est, semel absuvere, quod in totius viiæ subsidium datum fuerat. Simile us uenit in ceteris peccatorum generibus, ut postquam tam nature quām gratia ornamenta consumperint, et ad extreum venerant vitorum, immunit in eos Deus afflictiones insignes, plagarum, morborum, captivitatis, publica ignominia, et cetera, quibus in summam angustiam et vita discrimen adducuntur.

VERS. 15. — ET ABIT. Abiit igitur, et quæsiito hero cui seruire, et à quo pro mercede aleretur, ADLESIT. Non conductus fuisse dicunt, sed adhucesse seu adiunxisse se, tanquam qui modis omnibus insinuit se

nior. Haec regio longinqua, ut Augustinus, est oblitio Dei et honestatis; non enim locorum spatiis, sed affectibus cum Deo sumus, aut ab eo discedimus. Unde Amb. : Quid longinquo quām se recedere, ne regionibus, sed modis discrepare? Dissipamus substantiam quando nō sit ultimū naturalibus bonis.

VERS. 14. — ET POSTQVM OMNIA CONSUMPSSET, seu consumpsisset, FACTA EST FAMES VALIDA, quia luxurias est mater famis, ET COPIET EGGERE, in typum statū miserabilis, in quem incidunt peccatores, dum mens peccatis obscuratur, voluntas infirmatur, et ad summan inopiam rediguntur.

VERS. 15. — ET ABIT, ET ADLESIT, non conductus, sed ultr̄o et supplex sese ingenerat ad servendum pro solo victu necessario ad quodlibet obendum paratus, UNI CIVITATIS ILLUS, scilicet primum obvio; qui importunitate supplicis vicius et quasi nescies,

in ejus gratiam, paratum ultr̄o se offerens ad quidvis obeyendum, mod⁹ fame non sinceretur perire, ac proinde improbitate suā quodam modo compulerit cīven illum, ad se quovis modo recipiendum.

UNI CIVITAT. Cui grave fuerat subesse clementissimo patri, cogitare nūne in servitūtem se tradere hero peregrino ac barbaro.

ER, pro qui. Nesciens civis ille, quā in re hujus operā ut possit; nam tempore famis, dimittuntur famuli potius quām assumuntur: misit illum in villam Græcē, ad agros suos.

UT PASCERET FORCOS, quo non aliud dedecorosus et vilius ministerium. Significat sermo, ait Euthymius, extremam miseri servitutem, cui indignissima praepinuntur. Mira vicissitudo. Qui in domo paternā honestissimè haberit solitus fuerat, moxque ab omnibus propter opes honorabat, nunc socius, imò servus porcorum efficitur. Ad quam misericordiam et conditionis vilitatem, ut per mediā luxuria ac prodigalitas hunc adduxerunt; ita ad similem misericordiam et vilitatem, alios alia peccata, per plágas à Deo inflatas, trahunt.

VERS. 16. — VENTRI SEUM, vacuum et famelicum. Quām aptè famelicum hominam depingit! Non dicit, cupiebat edere, nec cupiebat saturari; quia etiam qui famelicū non sunt, edere ac saturari cupiunt; sed dicit: Cupiebat implere ventrum suum. Solent enim qui admodum famelicū sunt, cupere vacuum omnīam ventrem, vel re quālibet implere, nec ullum ciborum habere desiderent, modo rabidam famem sedent.

SILQUIUS, folliculus quibus faba simillima leguminā includuntur. Cibus est, intus inanis, foris mollis, quo corpus non reficit, sed implietur, ita ut oneri sit magis quam satis.

QUAS FORCIS MANUCARANT, que porcis certa horā certaque mensurā dabatur in cibum; non ab ipsis sed ab alio ad id deputato.

ET, pro sed, NEMO ILLI DABAT tantum siliquearum, quantum posset ventrum satiare: non minùs enim ipsi quām porcis, silique certa cāque modicā mensurā dispensabantur, loco omnis panis et cibi. Antea fuerat ipse in omnes effusus; iam exhausta pecunia contentus est omnibus, nec est quisquam qui vel sordes subministret famelico, loco cibi. Pertineten hac ad

quā in re ejus ministerio uti possit, MISIT ILLUM IN VILLAM SUAM, tanquam indigentem, qui in oculis heri sui versaretur, UT PASCERET FORCOS, hoc est, ad vilissimum ministerium. Quibus omnibus indicatur status arcanus peccatoris, dum arcuū secesserit diabolū vita, quae brutalissima sectatur, vel eliam tandem eo delabatur, ut aliquid demonis, cui servit, imploret auxilium.

VERS. 16. — ET CUPIEBAT, non edere aut saturari, sed quālibet re, ut summē famelico solent, vorando vacuum implere ventrum suum, ut rabidam sedaret famem, DE SILQUIIS, id est, folliculus, quibus faba, pīsa, et similia leguminā inclusa sunt, quāvis Græcum significat certum fructum, quo porci certis locis vescentur, apud nos glandibus. Et NEMO ILLI DABAT; quo significatur, peccantes voluptabus peccatorum, velut demonum immundorum cibo, saturari velle, ne posse, ut Hieron., epist. cit. Solet enim spiritus malitios, ciborum suis opes ostentare ac promittere, et nihil dare. Quāquam idem Hieron., et Aug., per sil-

famis et calamitatis, quam hic, Deo peccata ejus ulciscente, patiebatur exaggerationem.

VERS. 17. — IN SE, ad se, ad cor, ad mentem; SYRUS, ad animam suam. Euthymius, sui compos effectus, hoc est, tanquam expurgans ab ebrietate gravique somno, vel ut Theophylactus ait, à sé exteriore divagatione rediens. Fuerat haec tanquam mente caput, non intellexerat quām benē sibi fuisset apud patrem, quām male egisset relinquendo eum et subtraheendo se iugo ipsius; jam ad mentem reversus, confort presentem rerum suarum statum cum illo piore, intelligit quantum esset inter utrumque discrimen, et quām excors ipse ac male consultus contradisset hunc cum illo.

REVERSES, urgente inopia calamitateque presente, Jam veatum erat ad extreum calamitatem, sed felix calamitas que compellit ad resipiscientiam. Non prius reddit ad pristinam felicitatem, inquit Gregorius Nyssenus in Catena, quām in se rediens sentiret opprimitur ærumnus presentiam.

DIXIT, gemebundus altumque suspirans.

QUANTI, quot, quām multi MERCIENARI, servi, non domici, domestici, sed mercede conducti, qui sunt infimi in familiā, quibus minus debetur, quos alere ministrat paterfamilias.

IS DOMO. Non legitur Græcē, Syriacē tamen.

PANIBUS, pane, cibo omnis generis, nihil eis debet.

EGO AUTEM, qui non servos aut mercenarij, sed filii familiā eram et habebat.

HIC, à domo paternā separatus, FAME PERE, mercenarij longe miserior. Opponit se filium mercenarij patris sui, et famem suam illorum saturatit. Ergo juveni, quem saturitas reddiderat ferocem et immorigerum, optima fuit magistra lamen, ut cogret ad mentem redire et se ipsum cognoscere. Ad cumdum modum multis, qui prædicti sunt præclaris Dei donis, postquam voluntatibus alijs mundi rebus immersi adheserint, supervenientis vexatio intellectum, hoc est, cogit ad se redire, se ipsos cognoscere, et cum cordis genitu comparare inter se, statim virtus ex quo excederunt, et statim peccati in quem prolapsi sunt; reminisci quām honestē se habuerint, quā-

qua dieant intelligi posse carmina poetarum, secularem sapientiam, verborum pompa, que multū strepitos habent, cum sint veritatis inania, nec animū eorum, qui dereliquerunt Deum, satiant.

VERS. 17. — IN SE AUTEM REVERSES, vexatione dante intellectum, tanquam expurgans ab ebrietate gravique somno, et intelligens iam per experientiam discrimen pristinæ abundanzie et suavitatis gratie Dei ab hac extremitate misericordiæ, DIXIT: QUANTI; Græcē, quām multi, seu quot, MERCIENARI, id est, ministri mercede conducti, qui distinguuntur a servis seu manipulis. Nam, ut in familiā temporali sunt manipuli, mercenarii et filii, ita Deus in familiā suā habet manipula, qui solo timore poene vitant mala; mercenarij, qui spe mercedis temporalis et saepē multis Dei donis fruuntur; et filios, qui ex amore ingenuo et filiali Deo servunt. Comparat hic se mercenarij, qui ipse pro mercede serviebat, quāvis mercenarij longe miserior eo quod illi ABUNDARENTE PANIEBUS.

que tranquillæ ac beatæ cum ipsis actum fuit, clara virtuti operam darent, et Deo servirent; nunc vero quām misericordiam agatur, ob divinam quam sentiunt unctionem, et quām fide, ob peccati quam servium servitatem, nudati ad hanc cū sint spiritualibus Dei donis, quibus prius excelluerant, et ne tantillā quādem Dei gratiā fruentes, quām infini ordinis fideles in Ecclesiā, quibus olim non minus præstiterint honore et donorum copiā, quam in divite familiā filii mercenarii servis, ut qui abs Deo prorsus se abalienārint. Ne ergo potemus Deum crudeliter nobiscum agere, si quando gravioribus nos ærrumis urget, quia hoc modo præfactors ac mundanis desideriis eboris ad obedientiam erudit. Denique quidquid misericordiarum patimur, utilis est ad penitentiam invitatio; nam misericordia coacti, fit ut reducamur in memoriam Dei, et quām sit beatum cum Deo agere, et cum ipso in gratiā esse, ipsique placere, recognoscimus. Titus: *In se reveras, hoc est, priore felicitatem cum posteriori misericordia confers; qualisque et quantus erat, quando cum patre adhuc degebat, animo peritatis; quām teter et miserabilis tandem, postea quām Deo deserto, demonibus copiis esse obnoxios, evaserit, iterum iterumque expendens.* *Ista recognitio resipescens est, quod ait D. Augustinus: nempē primus es ad resipescens gradus, reminisci unde excederis, et quō recederis, considerare misericordiam in quā peccati causā versaris, tam spiritualem quam corporalem. Hæc consideratio partitur propositum subsequens.*

VERS. 18. — SURGAM igitur. Ergo quia modis omnibus melius mecum ageretur, si apud patrem esse, surgam, proficiscar ex hac regione, relinquam male vivendum consuetudinem.

Et ibo, redibo, peccato revertor convertor ad PATREM MEUM, quem clementissimum novi. Inicit se ipse ad revertendum in patriam, ad resipescendum, spe melioris fortune si patri adesset, et fiducia de patri clementia accepta. Similiter peccator, qui per eum significatur, fiducia divinae clementiae, erigere se debet, ad querendam reconciliationem, ad relinquenda et confitenda peccata, ad agendum penitentiam. Con-

dit est, omni victi ad saeteatum, ipse vero fatus PERIRET. Hæc fames inopinari spiritualis alimonie significat, quā animus peccatorum patitur; nam humana mens ad imaginem Dei condit nullā volupitate terrena, sed sola Dei immensitate impleri, et quietem adipisci potest, iuxta illud August., 6 Confess., cap. 16: *Ve animas audaci, quæ speravit sī à te recessisset, se aliquid melius habituram. Versa et reversa in tergum, et in latera et in ventrem, et dura sunt omnia, et tu solus requies.* Hæc August. Ex hoc autem versus patet initium resipescendi à consideratione misericordiarum proficisci et parere sequens propositionem,

Vers. 18. — SURGAM, quia in peccato jacebat, ET IBO, quia longè aberat, AD PATREM MEUM, quia sub principe porcorum erat, ET DICAM, cū scilicet venero. Nam hoc et sequentia sunt verba penitentiam meditantis, in confessione peccati, nonobstante tamen agentis; non enim iam dicti patri, sed dicturum est esse promitti, prout hec nota August. PATER; ex quo patet cum, post malorum suorum considerationem,

siderans enim misericordiam in quā peccati causā versatur, non despondere animum debet, sed concipere spem misericordia à Deo impetranda, et statuere ad Deum peccato relicto converti, gravitatem peccatorum suorum agnoscere, insipientiam deplorare, veniam humiliter petere.

DICAM ETI, conceptis verbis: *Pauca haec verba mihi ad salutem sat fuerint, inquit Titus. Novi patris mei suavitatem, novi facilitatem; misericordia mei penitentis, et ad sonam mentem revertentis, quem in peccati cordibus se voluntate non perdidit. Ad similem modum David: Dixi, ait, confitebor adversum me iniquitatem meam Domino, Psalmi, 51, v. 5.*

PATER. Patrem vocare statui, propter naturam, jam præseruit inditus filii affectum, quem prius totum exuerat, ut hæc ratione ad clementiam moveat; ceteroqui indignum se filii nomine agnoscere.

PECCAVI gravissimè. Non habeo quo me jure purgem, aut quod stultitia mea prætraxerit; ego, ego peccavi.

*Hæc est prima confessio, inquit Ambrosius,*

*apud auctorem naturæ, præsum misericordia, ar-*

*bitrum culpa. Sed eti Deus novit omnia, vocem*

*tamen tua confessionis expectat; quia allevat pon-*

*dus erroris; quisquis ipse se onerat; et accusationis*

*excludit invidiam, qui accusatorem prævenit con-*

*fide. Frustra autem velis occultare, quem nihil*

*fallas: et sine periculo prodas, quod scias esse jam*

*cognitum.*

IN COLUM, IN, seu adversus Deum, qui colos habitat.

ET CORAM TE. Non hoc est, in *conspictu tuo*; abfuerat enim longè à patre, sed, te judge, te recte judicante. Allegoq[ue] parabolicus adolescens parabolicum patrem, agnoscens subjectiōnem patris à Deo esse præceptam, et Deum offensit ab illi qui in parente peccant; ceteroqui, quod ad eum qui significatur peccatorem, idem unum est, peccavi in colum, et, peccavi coram te, nisi quid coram te exponas licet in conspicu tuo, nihil scilicet veritus conspicutum tuum, omnia intuentus.

VERS. 19. — JAM NON SUM; ad verbum, neque amplius sum.

paterna clementia intuitu erectum fuisse in spem venia, iuxta ordinem quo Tridentinum, sess. 6, peccatores ad justificationem disponi docet. PECCAVI IN COLUM, id est, adversus Deum, qui in celo habitat, et CORAM TE, id est, contra te hominem. Quia sensu hæc verba opimè convenienti filio typum gerenti peccatoris, ut prius in Deum, deinde in hominem se peccasse dicit. De peccatore vero sic exponi possunt, PECCAVI IN COLUM, id est, adversus eos qui colum incolunt, in quibus est sedes Dei, qui offendunt; et CORAM TE, id est, contra te Deum; quo modo loquitur et Daniel cap. 6: *Coram te, rex*, id est, contra te, *delictum non feci.* Q. d. filius: Non habeo, quod prætexam stultitiae mee, vel quo me purgem. Hæc est prima confessio, inquit Ambrosius, apud auctorem nature, præsum misericordia, arbitrium culpa. Nam eti Deus novit omnia, vocem tamen nostræ confessio[n]is expectat, quia allevat pondus erroris, quisquis ipse se onerat.

Vers. 19. — JAM NON SUM DIGNUS, non modo recipi

VOCARI, haberi, FILIUS TUUS, recipi in gradum et honorem filii pristinum, qui deneger tot tantaque te patre indigna contra filii officium commisi. Euthymius: *Quia tali patre indignè conservatus sum.*

SICUT UNUM DE MERCENARIIS TUIS, parent uni mercenariorum tuorum. *Ex quo excidi primo ordine, inquit Euthymius, dignare vel me secundo, tantum ne penitus me abicias.* Non sum dignus esse in domo tuu, eo loco quo ante eram, ut filius; salis fuerit, si eo loco sim quo merceari. Non sum dignus, cui pristina dona grandia restituas, quem ad eam dignitatem gratiamque admissus, quod prius apud te eram, ut quā mea culpa excederim: misericordia erit, si me, inter infimos fidelium, qui in Ecclesiā tuu sunt, vel in aliquo gratia locu receperis. Humilius hujusmodi oratio, cum peccatorum detestatione confessioneque conjuncta, mirum in modum peccatorum commendat. Ceterum, *verba sunt penitentiam medianitatis, nondum agentis, quod ait Augustinus, lib. 2 Quæst. evang., cap. 35: Non enim iam dicit patri, sed dictum se esse promitti cum venerit.*

VERS. 20. — ET SURGENS. Surgens igitur, cum surrexissem.

VENIT, veniebat, copit proficisci. *Quia non satis est dicere, nisi ad patrem venias, inquit Ambrosius; bono voluntatis proposito adjunxit opus, quod habet Titus. Non enim solum consultandum est de his qui placent Deo, sed et opus est factio, ait Theophylactus.*

LONGE ESSET, longè abasset, scilicet à patre, priusquam conceperat animo penitentiam ipso operi perficisci. *Quomodo long? inquit Titus. Quia Deus homini penitentiam suā misericordiā et benignitate solerat antevertere.*

VIDIT redemptum, ut facile ipsi erat, è domo suā in altissimis sit montibus, longè propiore.

ILLUS miserabilis prædium specie, nudum, squallidum, macie confectum, gementem et lacrymatem.

MISERICORDIA MOTUS EST, intimis visceribus commotus est filii misericordiam tanquam propriam sentiens.

ACCURRENS. PRÆ nimis gaudio, inquit Euthymius, non expectavisti ut ille adesset, sed prior occurrit, neque id utcumque, sed et currit, ut appareat amoris vehementia. Neque enim lenta aut tarda est divina clementia ad subveniendum compunctis corde; sed simul atque peccator, vel in ultimiis animi recessibus

in honorem et gradum pristinum filii, sed nec VOCARI FILIUS TUUS, quia tot tantaque paternā tuā dignitate indigna commisi. FAC ME SICUT UNUM DE MERCENARIIS TUIS: q. d. Excidi primo gradu, dignare me misericorditer vel secundo tantum, ne penitus abicias.

VERS. 20. — ET SURGENS VENIT AD PATREM, quia bono voluntatis proposito opus adjungi debet. CUM AUTEM ADIUC LONGE ESSET, in ipsis videlicet initius penitentia sua constituta, VIDIT ILLUM PATER IPSU[m]; quia Deus sicut prima initia conversionis inspirat, ita illam tanquam sibi placentem respicere, et ejus intuitu placari incipit. Itaque MISERICORDIA MOTUS EST, quemadmodum optimè Psal. 9: *Desiderium pauperum exaudiuit Dominus, preparationem cordis eorum audiuit auris tua;* et Isaías, c. 65, vers. 24: *Antequam el-*

*peccata detestatus, consilia de penitentia ineundā et vitā mutandā molitur, accurrit ad eum Deus, ut auxilio gratie sue promoveat cepta.*

CEDIDIT SUPER COLLUM EJUS. Non rejecti degenerem, non exprobavit fugam, dissipatae substantiae flagitia, dedecora prioris vite, non objurgavit, non minatus supplicium est, imò vero necdum auditus filii precibus, statim ruit in collum ejus, et amplexus, paratum se declaravit in gratiam recipere penitentem.

ET OSCULATUS EST EUM, erexit in spem venie, consolatus est, quod Augustinus ait, spe indulgentia peccatorum, lib. 2 Quæst. evang., cap. 53. Elegans et advenit benigni ac misericordia patris descripsio, qualis non faciliter inter homines inventatur, quā Christus Dei erga peccatores largissimam ac promississimam misericordiam declarat, et ad suscipiendo penitentem elementum ac paternam facilitatem, quā prius etiam quām penitentiam animo conceperat opera compleverint, paratum si exhibeat peccata condonare, adeoque etiam aliquando condonet.

VERS. 21. — DIXITQUE EI FILIUS, supplex. Quamvis pater præclara benevolentia atque amoris signa ostenderit, filius tamen non omisit quod sui officii erat facere, et qua statuerat concepta verba coram patre ex intimo corde pronuntiare, quibus peccata sua confiteretur, seque ipse damnaret; nec prius cessavit quā vidit manifeste obtinuisse se pacem patris, oblitus præteriorum, pristino nempe statu recuperato, quod in proximo versa. Ad eundem modum, nemo, etiam conversus et perfectè contritus corde, amplecti se debet consideratam facilitatem Dei, ut inchoata penitentiam negligat, ut omitiat confessionem ceteraque quæ penitentem decent opera, et mox mala sua merita obliviatur, quinimo ob oculis retenta debet pergere detestari, accusare, et in seipso ulcisci, nec prius securum esse, quām audierit: Remittuntur tibi peccata, vade in pace. Porro quid omnissum sit illud: *Fac me sicut unum ex mercenariis tuis, fuit, vel quid evangelista intelligendum reliquerit, ut certè Titus non exponit; vel quid hinc amplexus patris, hinc stupor et singulus filii orationem interruperint; vel quid filio non admodum necessarium videatur, patre tot reconciliationis argumenta monstrante; vel denique quid includeretur in eo, jam non amplius sum dignus parenti filio tuus.*

ment, ego exaudiā. Quo significatur admiranda Dei clementia et benignitas in eos qui parant se ad incautam penitentiam. Quamobrem OCCURSENS, obviam, pro amoris et gaudii vehementia, quasi impatiens more, CEDIDIT SUPER COLLUM EJUS, ET OSCULATUS EST EUM; ad significandum, quid penitentibus et ad revertentibus blanditur Deus, spem venie et reconciliationis liberalissime offert. Próinde tantā benignitate animatus, ausus est logui:

VERS. 21. — PATER, PECCAVI, etc., non omittens videlicet, quod sui erat officii, quantumvis benevolentiam patris erga se animadverteret. Omitit autem id quod proposerat se dictum: *Fac me sicut unum de mercenariis tuis, quid patris benignitate obrutus, vi-deret hoc minus necessarium.* Quanquam Aug. ex

Reliqua exposita sunt supra, v. 48 et 19.

VERS. 22. — AD SERVOS SUOS. Non respondet pater filio verbis, sed factis, convertingo sermonem ad servos suos; nec ad unum sollemnem servum, sed ad omnes, quasi unus non sufficiat ut filio serviat. Hic major adhuc observanda patris benignitas, qui filium scipsum abdicantem, non solum recipit in gratiam, verum etiam immemor omnium injuriarum, in pri- stinam dignitatem restituit.

Cirro. Hieronymus ad Damasum scribens habet celerius: quod tamen non legitur aut Graecè aut Syriacè. Jubet omni ciò fieri, ne videatur non ex animo præcipere; nam et justificatio hominis momento con-

tingit.

STOLAM PRIMAM. Stola, quia voce etiam uititur Syrus estolo, Graecè est vestis oblonga, ad talos usque de- missa, tam viris quam feminis congruens. Primam autem dicit pro pristinam, quia antehac uti conser- verat, cum domi patris maneret, pretiosam illam et filii pecularem.

ET INDUITE ILLUM, scilicet illum stolam.

ANGULUM aureum, qui ornatus est hominis liberi et locupletis.

CALCEAMENTA IN PEDES EUS qualis est habitus filiorum tenerè educatorum, quibus pedes calcies aut soleis mununtur, adversis omnis generis offendicula. Significatur, tantum esse Dei clementiam erga peccato- rem qui toto corde ad Deum revertitur, quantà non solum peccata remittat, verum etiam, nullā illorū ratione habita, restituat eum, qui peccati servus fuerat, in statum pristinum filii Dei; redditis charismatis et donis quae peccando perdiderat, stola charitatis et

generositate noc omitti à pominente velit, utpote qui osculum expertus dedit agno Deo animus servienti aut mercenarium exhibere, qui pace carens, vel mercenarii esse desiderabat.

Vers. 22. — DIXIT AUTEM PATER AD SERVOS SUOS, immemor videlicet omnium injuriarum, Cirro Graecè deest, significare tamen potest remissionis peccati celeritatem, quam in momento Deus homini verè posuerit tributum. PAUPERTE STOLAM PRIMAM. Stola Latinis est vestis mulieris; Graecè autem sumitum generalius pro veste maxime oblonga. Itaque prolerie ei legamus pristinam, pretiosam, scilicet, filii peculia- rem; quo significatur restituere amissam justitiam seu charitatem, que filii propria est. Unde Hier. et Am- eandem esse dicunt cum teste illi nuptialis, Matt. 22. Et date ANNULEM IN MANUM EUS, qui est ornatus hominis liberi et locupletis, hoc est, isdem anchoribus, pignoris spiritus sancti, ut hominem iam justitiam imbutum Spiritus sanctus tanquam templum suum inha- bebat. ET CALCEAMENTA IN PEDES EUS; nam et iste habitus erat illi tenerè edicatus, quo pedes mununtur. Significat autem divina grazia custodiā, qua homini affectus mununtur, ne rursus offenda ad lapidem pedem sum, et scandalizatus corruiat. Pulchritudo igitur hic indicatur quatuor, ad perfectam hominis recon- ciliacionem necessaria, que eodem ordine exprimuntur in Psal. 50; nam et ibi ponit pene remissionem peccati, cum dicit: Averte faciem tuam à peccatis meis, sicut hic: Pater, peccavi; justitiae infusione seu stolam, cum dicit: Cor mundum crea in me, Deus; Spi- riū sancti pignus et incolatum, hoc est, annulum, cum dicit: Spiritum sanctum ne auferas à me; grazia

innocentia, que et vestis nupialis vocatur; gratia quā servet fidem datum vitæ emendandæ; annulus, sin- cere fidei signaculum est, ait Beda; animi munimentum, quo inoffensio pede currat viam mandatorum Dei, et si quæ alia fuerint deperdita pristine dignitatis insig- nia, quibus interior homo renovari atque ornari solitus fuerit; ut taceam, nonnumquam etiam majora dona quām deperdita fuerint.

Vers. 25. — ADDUCITE VITULUM SAGINATUM, ET OC- CIDITE. Graecè, et adductum vitulum illum saginatum mactate. Illum quem saginari jussi, in illud tempus, quo posset nobis occasio occurrere tali epuli cele- brandi, quale nunc occurrit.

ET MANDECEMUS ET EPULEMUR; ad verbum et man- ducentes letemur. Interpres modum letandi expressit, qui fit genialiter epulando. Celebremus convivium laetum et letum, hoc est, gaudeamus, ego, filii, vos servi et amici nostri omnes. Edere quoquè ipse dicitur, ait Euthymius, ad tactitum communicationem. Nulla enim nobis potest esse juvenditas, nisi patre nobiscum celebrante convivium, quod monet Hieronymus. Patris autem cibis, est salis nostra, Beda docere. Signifi- catur hie gaudium singulare, atque idem quod supra, v. 6 et 9, his verbis, convocat amicos et vicinos, dicens: Congratulamini mihi, etc., nimis, Deo, angelis et iustis omnibus recte sentientibus maximum esse gaudium super peccatore penitentiam agentem. Ne quia enim è domo, filium, ob errata adolescenzia, minoris faceret, pater mactato vitulo ad genialiter epulandum saginato, totam familiam ad communem laetitiam invitat, et iustas gaudi causas sub- nectit:

Vers. 24. — HIC FILIUS MEUS, ex me natus, quem

custodiā, id est, calceamenta, cum dicit: Spiritu principiū conferma nos. Et quia reconciliatio congruit, ut justificationē Dei, quas experti sunt, alios etiam exemplo bonorum operum vel verbo doceant, hinc Hier., August. per calceamenta etiam volunt pædicationē Evangelii significari, iuxta illud Apostoli: Calceati pedes in pædicationē Evangelii pacis; quod etiam sequitur in Psal. 50: Docebo iniquos vias tuas.

Vers. 25. — ET ADDUCITE VITULUM SAGINATUM, Graecè illum saginatum, quem scilicet ad leatum ali- quod epulum celebrandum sibi saginari; et occi- dire, etc. Quo significatur antiquorum consensu Christus Dominus, omni scilicet spiritis pinguine deli- butus, qui non solum in cruce, sed quotidie in Ecclesiā pro salute omnium immolatur, cum laetitia omnium comedatur, maxime in gratiarum actionem penitentium seu reconciliatorum, ut Hieron. et Augustinus. Quanquam etiam apte significari posset illa consolatio interni gaudi, qua peccatoribus initio conversionis tribui solet, ut sibi configisse narrat August., 9 Confess., cap. 1, et maximè in fine 6. ET MANDECEMUS ET EPULEMUR, tanti sacramenti participatione, idque in azymis sinceritatis et veritatis.

Vers. 24. — QUA HIC FILIUS MEUS MORTUUS ERAT, ET REVIVIT, id est, quia cum pro mortuo esset habitus, propter longam absentiā, quasi ad vitam revocatus est; nam, ut sensum illum explicet, addit: PERIERAT, miser videlicet, ignotis et vagis errans sedibus, ET INVENTUS EST. Quæ in figura longe severiora sunt. Peccator enim revera erat mortuus, et ponitudo re- vivisci: perierat à salute, aeterne damnationi prox-

ego ut meipsum diligo, quem et vos diligitis, si aut.

MORTUUS ERAIT. Mortuum dicit, non verè, sed, aut opinione sua, quia cum per multos annos longè abfuisset, et vix quidquam de eo fuisset auditum, pro mortuo eum haberit; aut quia perierat, ignoratio miser errans sedibus; quod idem unum est ac si mortuus fuisset; ut posterior membrum sit explicatio prioris. Porro peccator, qui peccando se separat à Deo, qui est vita anime, ut anima corporis, mortuus in Scripturis dicitur. Apoc. 3, v. 4: Nomen habes quod vivas, et mortuus es. Ephes. 5, v. 14: Surge qui dormis, et exsurrexi a mortuis, et illuminabit te Christus. Peccatum mors animae est.

Et, pro sed, REVIXIT. Gaudemus, inquit, non quia mortuus fuerit, sed quia, cum mortuus fuerit, revixit, quia per penitentiam rediit ad Deum, à quo per peccatum recesserat.

PERIERAT, salute excederat, proximus damnationi, dignus qui addicceretur gehennæ ignis.

Et, pro sed, INVENTUS, seu recuperatus est, sal- vatus est, sic enim inventore sapienti accipitur, nominatum Math. 10, v. 59.

ET COPIERUNT, coperunt igitur, pater totaque ejus familia, amici et vicini EPULARI, letari, inter epulas scilicet, id est, gaudere. Hoc est enim id quod habuimus supra, v. 7 et 10: Gaudium est in celo super uno peccatore penitentem agente quām super 99 iustis, quod notat etiam Hieronymus, epistola 146. Hoc porro addit Christus, et copierunt epulari, quod per se faciliter subaudiri, ut patet viam narrandi illis quæ sequuntur.

Vers. 25. — ERAT AUTEM. Interea, dum haec age- rentur, erat FILIUS patris familiæ SENIOR, primogenitus, IN AGRO, occupatus colendis agris patrini ac suis; certè instabat operis servorum ac mercenariorum. His verbis tacitè causam reddit invicem querimoniamque subsequens. Filius senior, quod diximus, gerit personam iusti, ex quoque qui pro iusto se habet et ab aliis habetur; qui nunquam des, semper in actione est, operatur qua patiuntur placita, vel certè quæ placita esse persuasus est.

MUS, et invenimus est, seu recuperatus ad salutem. Porro in eo quod dictum, inventus, cum quiescitus fuisset insinuat, sicut ovem et drachmam perditam, quia nemo penitet, nisi occulat Dei querentis inspiratione tangatur, ut homo in se revertatur. ET COPIERUNT EPULARI; Graecè letari, scilicet inter epulas, pater neque ac tota familia ejus, ex angelis et sanctis constans. Nam sit etiam tacitè insinuat vult id quod dixerat, gaudium esse in celo super uno peccatore, penitentem agente, magis quam, etc.

Vers. 25. — ERAT AUTEM FILIUS SENIOR IN AGRO. Ea que sequuntur in figura difficultatem non habent, nec ad aliquid afferuntur, nisi ut tacitè reddatur causa querimonie, et invicem fratris: quadam etiam ad decorum parabolam spectant. In re figurata aliud negoti facessit illi invida fratris senioris, quæ non vi- detur iusti posse convenire: et ista ratio fuit, cum multi totam parabolam ad Iudeos et gentes declinaverint. Sed per ergo in sequenti a nobis explicacione, omnia salvari possunt. Quod igitur filius senior erat in agro, significat iustos in Ecclesiā non otiani, non bacchari, sed semper versari in operibus patris sui,

Et cum, qui cum VENIRET, domum sub vesperem. SYMPHONIAM, consonantiam, concordem concen- tum.

ET CHORUM. Chorus tripudium significat, significat et ceterum. Liceat ergo per symphoniam et chorū intelligere, vel multitudinem concordem et letantium convivium, vel tripudia adhuc suavi vocum con- centu instituta, ut aliis mense accumbentibus aliis tripudiantur. Syrus translat, vocem concentu multorum. Insignis letitia describitur.

Vers. 26. — ET VOCAVIT, et advocatum unum ex pueris percutiatis est, quid sibi vellet concentus illi et tripudia, quibus domus tota intus perstrepere ret.

Illi versiculos pertinet ad contexendam seriem parabolæ, ut et pleraque alia quæ sequun- tur.

Vers. 27. — VENIT, redit dominum.

VITULUM, illum suum vitulum, quem diu saginat; mactato vitulo suo saginato, exhibet ipsi et familiæ letum convivium.

SALVUM, sanum, benevolentem, quem periisse cre- diderat; nimis, profligatis morbis malisque per penitentiam.

Vers. 28. — INDIGNATUS EST, aegrè tulit hæc à patre fieri in gloriam fratris sui. INTROIRE, ad convivium, ad commune gaudium. Hæc eo sensu accipiendā non sunt, sed Titus, quasi se- nior juniori reip̄a inviderit, aut patri propter sum- manū illam in perditione filium clementiam, verè successuerit, etc.; neque enim alias omnino inter sanctos est aut fuit unquam, quia Dei erga peccato- rem benignantem in jus vocaret aut improbarer; ut qui ab omni invidentiā et odio sint prorsus alieni, etc. Et cum ergo, inquis, parabola hujusmodi quippe pro se fert? sequit nobis illi vult adi- brare? alius nihil, quam excellentem Dei clementiam, qua utique erga omnes, et eos præseruit qui peccatis deseruit ad sanam mentem redeunt, vero quæ penitentis sensu concutuntur, tanta est, ut illi qui penitentia non indigent, invidiā quodam-

Ita quæ VENIRET ET APPROPINQUARET DOMINI (pertinet hæc ad consequentiam et ornatum parabolæ), AUDIT SYMPHONIAM, id est, concordem concentum canendum, et chorū, qui est tripudianum et canendum coetus. Quo nihil aliud significatur, quam insignis letitiae de peccatori conversione. Quam obrem.

Vers. 28. — INDIGNATUS, non de reconciliatione vel inventione fratris, neque enim hoc in totâ parabolâ significatur, sed de tanto solemnitate, NOLEAT IN- TROIRE, ut et ipse gauderet cum gaudientibus. Quo Hieron. Epist. cit., absolute significari putat invidiā, eō quod nullum sit inconveniens peccata etiam in justo cadere, sicut apostoli de primatu contendunt. Alii volum ea quæ in parabolâ de fratre seniore tanquam de iustis dicuntur, dirigunt à Christo contra seribes et Phariseos, qui se iustos haberi volebant, quasi tacitè in hoc versu eos moneret per concessionem: Esto, stilis vos justi, quemadmodum filius senior, nolite propterea indignari de resipiscienti et salute publicanorum et peccatorum. Ap̄tus videtur dīcī, quod solum significetur esse tantam Dei in eos qui resipiscunt, gratiam

modo movere possit. » Haec Titus. Quibus addit ex Euthymio : Ostendit siquidem hujusmodi indignatio quod tantum demonstrat erga eos qui respicunt gratiam et gaudium, ut eateris invidiam movere posset : quod est, ut justi justam murmurandi materiam habere videri possint; certe justam causam nunquam sat admirandi. Nam quod ad illos qui sola sunt aliorumque opinione sunt justi, revera autem injusti; quos et ipsos nomine senioris filii diximus comprehendit, illi serio invident, et indignantur, ob eam que peccatoribus penitentibus exhibetur clementiam atque indulgentiam, quemadmodum manifestum est ex v. 1 et 2 hujus capituli, ubi scribunt et Pharisei murmurant, quod Christus publicanos et peccatores recipiat.

PATER ERGO ILLIUS, nuntio per servos accepto; CGRESSUS CONVIPIO et conaculo, quò illi ingredi nobilat; COEPIT ROGARE, rogabat, hortabatur ILLUM, ut intraret. Quām benignus et clemens pater, inquit Hieronymus, regat filium, ut latitiae domīs patres fac. Magna certe benignitas humanitasque huius patris: cum enim posset, servata maiestatis sua gravitate, intus manere, et servis dioco, si recusat ingredi et nobis esse convira, maneat foris et morore tabescat; ipse ad illum egreditur, rogat, laborat, et in omnia se vertit, ut utriusque filio satisfaciat, ut uniusque amator. Ne alter Deus et Christus ejus patienter agit ac laborat, ut et peccatores penitentes clementissime recipiat, et iustos doceat id ita omnino fieri debet, itaque seruet utroque.

VERS. 29. — DIXIT. Nihil mitior factus patris optimi comitate, arroganter cum eo expostulat.

SERVIO TIBI. Syrus addit *servitutem*, quod ad emphasin facit. *Servio*, in negotiis scilicet familiæ tuæ.

ET NUNQUAM, ita ut nunquam MANDATUM TUUM præteriverim, contempserim, transgressus sim.

**H**EDUM, vel haedum de capris; tantum abest ut vitulum saginatum. Negat unquam sibi datum vitulum saginatum; quoniam ergo constare potest mystica illa interpretatio plororumque tam veterum quam recentiorum, qua vitulum saginatum interpretantur Christum inter tremenda mysteria immolatum, qui in Ecclesiis quotidiana est cibus iustorum eorumque

indulgentiam, consolationum magnitudinem in initio, ut non solum perfectis admirationem moveat (quale quid significat quoque parabolam de virtute in vi- ne, Matthaei 20, versus 11), sed etiam imperfectis quandam indigitationem et querimoniam, non quidem de salute peccatorum, sed de tam immodei. Dei quasi congratulatione, erga se vero austerioriter; cuipusmodi imperfectorum affectus peccati venialis ratione non excedit. Ha ferè Theophil., Titus et Euthym. PATER ILLUS EGRESSUS, ut præ humanitatis magnitudine etiam filio seniori, id est, talibus infirmis satisficeret, ad sedandas eorum querimonias, ostendendo videlicet per internas inspirations, vel alter, quid fieri debet, scit. revera congrui, COEPIT ROGARE ILLUM, ut introiret, hoc est, ut legitime Patri et totum domum vellet esse particeps.

VERS. 29. — AT ILLE DIXIT : ECCE TOT ANNIS SER-

qui pro justis habentur, peccatorum verò publicorum  
non nisi post pénitentiam?

UT, quo mactato.  
EPULARER, letarer, oblectarer, genialiter epularer; q. d.: Semper erga me parcus fuisi et durus, quanquam optimè de te merentem. Responsum animi arroganti et ingrati, immemoris quidem beneficiorum à natre acceptorum, sua verò merita iactant.

etiam a patre descendit, ut et vero mecum faciat.  
Si vides hypocritas Pharisaeos, sua merita facientes :  
*Non sum, sicut ceteri hominum, raptore, injusti,  
adulteri; jejunio bi in sabbato, do omnia  
qui posseio, infra 18, v. 11; hac omnia custodiri a  
juventute mea, infra 18, v. 21; quasi hoc ipsum non  
sit praterie mandatum, saluti fratris invidere, inquit  
Hieronymus.* Et iustus quoque aliquando subrepti, ut  
immenses praeteritorum Dei erga se beneficiorum,  
apud se conquerantur, videntes recentia Dei in con-  
verso peccatorum beneficia, Matthaeum publicanum ad  
apostolatum evenit, Magdalenaem peccatricem ad  
sublime contemplatrix perfectionem.

VERS. 30. — SED POSTQUAM, quando autem.

FILIUS TUUS HIC; ita loquitur indignabundus, indignum habens quem agnoscat fratrem, utpote moribus planè contraria præditum; sed contemptim *filius tuus* inquit, tanquam perdiē et amplius quam opere teat abs te amatiss.

SUBSTANTIAM SUAM; Gr., facultates tuas, substantiam tuam, portionem substantiae quam ipsi dedisti. Legitur et Syriacè pronomen secunda persona, quod est Ambrosius legisse se indicat, ubi ait: *Impius qui accusabat fratrem quid cum meretricibus paternum substantiam prodegerit.* Videlur illud ἡμετέροις et odiosius quam tertiae persone pronomen: pejus est enim alienam substantiam abligurere, quam propriam. Nam quāquam pater dedidet filo juniori partem suam, patris tamen substantiam dilapidatam dicit,

tum qua a patre promanaverat ea substantia, tum quia pater gratis eam dederat, cum non teneretur. Ergo ut invidiam fratri excusat, substantiam tuam ait, q. d.: Ego totā vitā meā servio tibi, ut angeam facultates tuas; ille paucō tempore consumit et dissipat eis. Nec quoq̄ modo dissipat, sed, quod pessimū est et omnīo infame , vivendo luxuriosē cum meretricibus.

VIO TIBI, obsequio tibi bené agendo deferens, ET  
UNQUAM MANDATUM TUUM PRÆTERIVI, ut per peccatum  
mortale à iustitia excederem: nam talium iustorum  
frater senior figuram gerit; ET UNQUAM DEDISTI MIHI  
HEDEM, pàr est, unquam inferioris præstanziae euplin  
mili, pàr est, cum AMICIS MEIS EPIPLAZER, publico  
videlicet gaudi, in perseverantia et laborum  
congratulationem institui?

VERS. 50. — **SED POSTQUAM FILIUS TUUS HIC**, egred  
scilicet, tam perditè à te amatus: sunt enim  
verba indignabundū, nec dignantis quidem frater  
appellare, prout indignatio subinde affectum bonum  
non extinguit, sed reprimit: qui deavoravit, instar  
helluniis, **SUBSTANTIAM CUM MERETRICEIS.** Et hoc  
adgit exaggerandi causā, propterea solit indignatio.  
Addit et impropositum in patrem, occidisti illi etc.,  
ubi note: propterea nihil conqueri nec possunt.

patrem allato, ex longinquā illā regione. Exaggerat modis omnibus crimen fratris; nam cū supra, v. 13, modestē dictum esset, vivendo luxuriosū; hic cū meretricius, addit. à p̄cipiūtū luxuriosam vi- invidentiam et patris mansuetudinem; filius veni- num aspidum labiis evanit; pater nihil duri, se blandiusque omnia loquitur, quō utrumque filium sibi conciliet.

FILI. Concessis iis quae filius dixerat, quanquam non perinde veris. Non enim confirmavit vera esse quae filius dixerat, ait Hieronymus. Fili, inquit, no-

Occidisti, macta.

ILLI, in gratiam ejus, ad declarandum adventum  
ipsius tibi gratum esse.

VITULUM illum quem saginaveras, quo nihil habes  
in toto grege tuo delicatius. Vitulum hædo, fratrem  
sibi, et singula singulis opponit, quemadmodum jam  
ostendimus; et re ipsa dicit patrem injustè secum  
agere, qui sibi optimè merenti, ne premiolum quidem

igitur quod superius docui, ne premitum quisque  
ullum unquam obliteret; reverse autem huic pessi-  
mè merito, maxima amicitia leuitè argumenta  
exhibuit. His significatur tantam esse Dei in recipien-  
tibus peccatoribus penitentias suas, et erga  
eos clementiam ac liberalitatem, denique tantam in

celo super eorum conversione letitiam; quanta eis qui verè sunt justi, parere queat summam admirandi causam; etis vero qui pro justis se habent vulgoque habentur, quamvis non sint (quales scribe et Pharisæi), invidendi et obmurmurandi, et Deum christum quem eis prosopopeias atque injustitiae accusandi, eò quòd peccatores justis pluris facere, et longè præferre videatur. Ille ergo describitur, et suis scíté coloribus depingitur à domino Iesu, obmurmuratio phariseorum et scribarum, cajus facta est mentio supra, v. 2, seipso suaque merita extollentium, et peccatores publicos, quamvis penitentes, deprimenti, et indignos iudicantem qui ad convictum aut familiaritate admittentur, denique christum ob id accusantium et reprobatim.

**VERS. 31.** — *AT IPSE SYRUS: Dixit ei pater ipstus.* Pater impia filii expositulatione non commovetur ad iram, nec commemoratis suis in eum beneficiis regarduit superbiam et falsam obmurmurationem, ne partem suam prodegerint, ad communionem admittantur. Hoc idem attribuit Christus si qui pro justis habentur, sed per concessionem, éadem ratione quibus justos vocat.

**VERS. 32.** — EPICURI, latari, oblectari.  
AUTEM, nihilominus, q. d.: Quamvis tu semper  
mecum maneris et prob' te gesseri, justus et ob-  
diens filius: non invidere tamen aut obnubirare  
sed gaudere ac latari OPORTET ut cum patre et to-  
nacca, hac occasione se offerentes.

conciliatione fratris, sed solummodo de tam extraordinaria latitiae solemnitate.

VERS. 51. — AT IPSE DIXIT, admittens verum esse de non exhibito ei epulo peculiaris. Causam additum, quia SEMPER MECUS es, perseverans scilicet in familiaritate mea, quod tibi instar jugis convivis esse debet q. d. : Nihil in te novi accidit, nullum dedisti occasione aliquous novas et insutiae latente excitandas. ET OMNIA MEA TUA SENT, ut non fuerit necesse mihi quidquam de nouo dare ad magnificum epithum, non vanquus gaudii testificationem, quia omnibus in familiis ut poteras.

**VERS. 32.** — EPULARI AUTEM ET GAUDERE OPOREBAT, IBI SCILICET, TOTAMQUE FAMILIAM, ET CONSEQUENTER EIAM TE, QUA HIC FRATER TUUS MORTUUS ERAIT. NAM IUCUNDUM NATURA DOCET IN TEMPORARIIS PECULIARE GAUDIUM

QUIA FRATER TUUS. Non mea solum causa, sed et quia frater tuus est, cui bonum omne velle debes ut alteri tibi, charitate urgente.

MORTUUS ERAT ET REVIXIT, cum mortuus fuerit, revisit; vide supra, v. 24. Non offendere te debet nostra letitia, cujus socius esse debueras; regnum est enim te fratri, qui reputatus fuit perditus, salvo et reduci gratulari. Non debet meminisse qualis fuerit, sed gaudere quod talis modo sit, quem optamus. Hac sententia, tanquam conclusio trium praecedentium parabolarum, absolvit doctrinam suam Jesus, et quasi adhuc gravi mallo, prostermit Phariseos, docens peccatores a se suscipi, non quia peccatores sunt, sed quia penitentes, conversi, justificati; ideoque non invidendum aut murmurandum ipsi tanquam justis, sed letandum super fratrum salute, si

in se, et amplectitur penitentiam. Deus illum suscepit, induxit ei fide et justitia, et sacramento corporis Christi tanquam virtuti saginati, celebrando insuper publico gaudio cum symphonii et choris, per totum terrarum orbem jam resonantibus, super populi tam longe dissipiti ac fere despati conversione. Interim filius senior est in agro, id est, in terris operibus, et pro terreni hereditate servit Deo: et audiens illum latitum Ecclesiam gentium, vocat unum de servis, id est, legit aliquem prophetaram, et intelligenter

## CAPUT XVI.

1. Dicerebat autem et ad discipulos suos: Homo quidam erat dives, qui habebat villium; et tunc diffidat, est apud illum, quasi dissipasset bona ipsius.

2. Et vocavit illum, et ait illi: Quid hoc audio de te? reddite rationem vilificationis tue: jam enim non poteris vilificare.

3. Ait autem villicus intra se: Quid faciam, quia dominus meus auferat à me vilificationem? fodere non valeo, mendicare erubesco.

4. Seio quid faciam, ut cùm amotus fuero à vilificatione, recipiant me in domos suas.

5. Convocatis itaque singulis debitioribus domini sui, dicitur primo: Quantum debes domino meo?

6. At ille dixit: Centum eadis olei. Dixitque illi: Accipe cautionem tuam; et sede citò, scribe quinqaginta.

7. Deinde alii dixit: Tu verò quantum debes? Qui ait: Centum coros triticis. Ait illi: Accipe literas tuas, et scribe octoginta.

8. Et laudavit dominus villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset: quia illi bujus seculi prudentiores filii lucis in generatione suâ sunt.

9. Et ego vobis dico: Facite vobis amicos de mammâ iniquitatis; ut cùm defecceritis, recipiant vos in aeterna tabernacula.

10. Qui fidelis est in minimo, et in majori fidelis est; et qui in modico iniquus est, et in majori iniquus est.

11. Ergo in iniquo mammonâ fideles non fuisisti; quod verum est, quis credit vobis?

12. Et si in alieno fideles non fuisisti, quod vestrum est, quis dabit vobis?

13. Nemo servus potest duobus dominis servire;

deum angelosque imitari velint. « Hic totus scopus parabolæ est, inquit Theophylactus, proper Phariseos obmurmurantes quid peccatores suscipiet; quâ docet, etiamsi justi simus, non repellendo peccatores, neque obmurmurandum recipiente illos Deo; » et paulò antè: « Dicit igitur per presentem parabolam Dominus Phariseis, quasi in hunc modum: Esto, vos justi sitis, sicut filii illi beneplacens patri; obsecro vos justos et mundos, ne obmuretis in salutem filiorum: est enim et ille filius. Itaque Phariseorum mente mentem instruit, ut etiamsi iusti ipsi essent, et omnia mandata Dei perfectissent, gravatum ferre non deberent suscipi peccatores; et extorquì similes ipsos esse filio illi seniori, quem nemo negat male fecisse.

hoc propter resipescientiam populi perditæ, indignatur, quia torqueunt invidi, videns Ecclesiam, ac tam opima ejus Sacramenta, et non vult adhuc in eam intrare. Stomachatur adversus patrem, quod nihil simile sibi contigerit, qui patris mandatum nunquam præteriverit, opinione scilicet, qua hoc arguitur quā verius dicit: tanquam posset de perseverantia in cultu Dei intelligi. Vide extera latius apud Aug., lib. 2 Quæst. evang., q. 33.

## CHAPITRE XVI.

1. Jésus dicit aussi, en s'adressant à ses disciples: Un homme riche avait un économie qui fut accusé devant lui, comme ayant dissipé les biens de son maître.

2. Et il le fit venir, et lui dit: Qu'est-ce que j'entends dire de vous? Rendez-moi compte de votre administration, car vous ne pourrez plus gouverner mon bien.

3. Alors cet économie dit en lui-même: Que ferai-je, mon maître m'ötant l'administration de son bien? Je ne saurai travailler à la terre, et j'aurais honte de mendier.

4. Je sais bien ce que je ferai, afin que lorsqu'on m'aura ôté mon emploi, il y ait des gens qui me reçoivent chez eux.

5. Ayant donc fait venir, l'un après l'autre, tous ceux qui devaient à son maître, il dit au premier: Combien devez-vous à mon maître?

6. Il lui répondit: Cent mesures de froment. Reprenez votre obligation; mettez-eux là vite, et faites-en une autre de cinquante.

7. Il dit ensuite à un autre: Et vous, combien devez-vous? Il répondit: Cent mesures de froment. Reprenez votre billet, lui dis-je, et faites-en un autre de quatre-vingts.

8. Et le maître loua cet économie infidèle, de ce qu'il avait agi prudemment; car les enfants du siècle sont plus sages dans la conduite de leurs affaires, que les enfants de lumière.

9. Je vous dis de même: Faites-vous des amis avec les richesses d'iniquité; afin que, lorsque vous viendrez à manquer, ils vous recevront dans les demeures éternelles.

10. Celui qui est fidèle dans les petites choses, sera fidèle aussi dans les grandes; et celui qui est injuste dans les petites choses, sera aussi injuste dans les grandes.

11. Si donc vous n'avez pas été fidèles dans les richesses injustes, qui vous voudra confier les biens vérifiables?

12. Et si vous n'avez pas été fidèles dans un bien étranger, qui vous donnera le vôtre propre?

13. Nul ne peut servir deux maîtres; car, ou il

aut enim unum odit, et alterum diligit; aut uni adherebit, et alterum contemnet; non potestis Deo servire et mammonem.

14. Audiebant autem omnia haec Pharisei, qui erant avari; et deridebant illum.

15. Et ait illis: Vos estis qui justificatis vos eorum hominibus: Deus autem novit corda vestri: quia quod hominibus alium est, abominationis est ante Deum.

16. Lex et propheta, usque ad Joannem: ex eo regnum Dei evangelizatur, et omnis in illud vim facit.

17. Facilius est autem celum et terram praeterire, quam de lege unum apicem caderé.

18. Omnis qui dimisit uxorem suam, et alteram ducit, moechatur; et qui dimissam a viro ducit, moechatur.

19. Homo quidam erat dives, qui induebatur purpure et byssus; et epulabatur quotidie splendit.

20. Et erat quidam mendicus, nomine Lazarus, qui jacebat ad januam ejus, ulceribus plenus,

21. Cupiens saturari de misericordia eam, cedebant de mensa divitis, et nemo illi dabat; sed et canes veniebant, et lingebant ulcerâ ejus.

22. Factum est autem ut moreretur mendicus, et portaretur ab angelis in sinum Abraham. Mortuus est autem et dives, et sepultus est in inferno.

23. Elevans autem oculos suos, cùm esset in tormentis, vidit Abraham à longe, et Lazarum in sinu eius.

24. Et ipse clamans, dixit: Pater Abraham, miserere mei, et mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam, quia crux erat in hæc flammæ.

25. Et dixit illi Abraham: Fili, recordare quia receperisti bona in vita tua, et Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu verò cruciaris.

26. Et in his omnibus, inter nos et vos chaos magnum firmatum est; ut hi volunt hinc transire ad vos, non possint, neque inde hinc transire.

27. Et ait: Rogo ergo te, pater, ut mittas eum in domum patris mei:

28. Habeo enim quinque fratres: ut testetur illis, ne et ipsi veniant in hunc locum tormentorum.

29. Et ait illi Abraham: Habent Moysen et prophetas: audient illos.

30. At ille dixit: Non, pater Abraham; sed si quis ex mortuis ierit ad eos, pénitentiam agent.

31. Ait autem illi: Si Moysen et prophetas non audiunt; neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

## COMMENTARIA.

VERS. 1. — DICERAT AUTEM EODUM TEMPORE, scilicet parabolam, quod Syrus addit, et subaudit Hieronymus, q. 6, ad Alcasim.

VERS. 1. — DICERAT. Cùm precedentes tres parabolæ ad scribas et Phariseos, tanquam contra se murmurantes, direxisset, nunc aliam addit ad discipulos suos, generaliter dictos, hoc est, ad sectatores

hinc l'on, et admirera l'autre; on s'attachera à l'un, et il méprisera l'autre. Ainsi vous ne pouvez servir tout ensemble Dieu et l'argent.

14. Les Pharisiens, qui étaient avares, écoutaient toutes ces choses, et ils se moquaient de lui.

15. Et Jésus leur dit: Pour vous, vous avez grand soin de paraître justes devant les hommes; mais Dieu connaît vos cœurs; car souvent ce qui est grand aux yeux des hommes, est en abomination devant Dieu.

16. La loi et les prophètes ont duré jusqu'à Jean; depuis ce temps-là, le royaume de Dieu est annoncé, et chacun peut faire violence pour y entrer.

17. Or il est plus aisé que le ciel et la terre passent, que non pas qu'une seule lettre de la loi manque d'avoir son effet.

18. Quiconque renvoie sa femme et en épouse une autre, commet un adultère, et quiconque épouse celle que son mari a renvoyée, commet un adultére.

19. Il y avait un homme riche qui était vêtu de pourpre et de lin, et qui se traitait magnifiquement tous les jours.

20. Il y avait aussi un pauvre nommé Lazare, cendré à sa porte, tout couvert d'ulcères,

21. Qui eut bien voulu se rassasier des miettes qui tombaient de la table du riche; mais personne ne lui en donnait, et les chiens venaient lécher ses ulcères.

22. Or, il arriva que ce pauvre mourut, et fut emporté par les anges dans le sein d'Abraham. Le riche mourut aussi, et eut l'enfer pour tombeau.

23. Et lorsqu'il était dans les tourments, il leva les yeux en haut, et vit de loin Abraham, et Lazarus dans son sein.

24. Et s'écriant, il dit ces paroles: Père Abraham, ayez pitié de moi, et envoyez-moi Lazare, afin qu'il tresspe le bout de son doigt dans l'eau, pour me rafraîchir la langue, parce que je souffre d'extrêmes tourments dans cette flamme.

25. Mais Abraham lui répondit: Mon fils, souvenez-vous que vous avez reçu vos biens dans votre vie, et que Lazare n'y a eu que des maux; c'est pourquoi il est maintenant dans la consolation, et vous êtes dans les tourments.

26. De plus, il y a entre vous et nous un grand abîme; de sorte que ceux qui voudraient passer d'ici vers vous, ne le peuvent, comme on ne peut passer ici du lieu où vous êtes.

27. Le riche répliqua: Je vous supplie donc, Abraham, mon père, de l'envoyer dans la maison de mon père,

28. Où il a cinq frères, afin qu'il les avertisse, de peur qu'ils ne viennent aussi eux-mêmes dans ce lieu de tourments.

29. Abraham lui répondit: Ils ont Moïse et les prophètes; qu'ils les écoutent.

30. Non, dit-il, Abraham, mon père; mais si quelqu'un des morts va les trouver, ils feront pénitence.

31. Abraham lui répondit: S'ils n'écoutent ni Moïse, ni les prophètes, ils ne croiront pas non plus, quand même quelqu'un des morts ressusciterait.

## COMMENTARIA.

ET, pro etiam.

AB DISCIPULOS SUOS. Superioris capituli parabolæ dixerat ad Phariseos et scribas, supra 15, v. 5; hanc

sus, qui se disciplina ejus subjicie volant, etiam si nondum reliquisten omnia. Agitur enim de divitiae dispersione.

HOMO QUIDAM ERAT DIVES, parola narratur, non